



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De seruis non ordinandis. Capvt II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

*dicī consueverunt. Ego ita sentio, cum omnia, quæ in his Canonibus sunt, recte expensa, & accurate recognita erunt, nihil fortasse reperietur, quin probatum & magna illa Synodo Nicæna dignum appareat. Sed satis hactenus præfati sumus: reddamus iam Canones Nicænos, quibus, cum opus esse visum est, annotationes quasdam adhibuimus.*

## CANONES.

*De iis, qui fuerunt insani, aut energumeni, non ordinandis.*

### CAPVT I.

**I**VBEMVS, vt insanus non fiat clericus, nisi cum lægotauit, & opus fuit calidam medicinam facere, vnde in melancholiam incidit. huius insanix cum non sit causa in ipso, neque sit ex dæmone habitante in eo, non prohibet ingredi in clerum, neque cogit exire. Quare iubemus, vt dæmoniacus non possit admitti ad clerum.

33. c. Maritum. c. communiter. c. clerici, 15. qu. 1. c. fi. Can. apost. 78. Concil. Aurel. c. 16. Quia in eo qui fuit energumenus, semper suspecta est *αἰσθησία*, vt Dionysius Arcopag. vocat, id est, mollitia animi, quæ fecit, vt idem ait, vt iste terroribus dæmonis succumberet, idcirco non potest ordinari. Similis suspicio est redeuntis ad insaniam, cum non ex accidenti, vt febri, vel medicina calida extitit causa, sed ex ipsius natura.

*De seruis non ordinandis.*

### CAPVT II.

**S**i quis fidelium fuit seruus alicuius gentilis, a quo diligebatur, quia fideliter & diligenter res domini sui custodiebat; postea vero, quia dura seruitute premebatur, inuito domino recessit; non potest iste admitti ad clerum nisi a domino libertate donetur, & sit iudicatus dignus.

Dist. 94. c. nullus. c. nulli. & multa alia c. ibid. de eadem re.



ANNO CHRISTI 325  
*De neophytis in fide non ordinandis ordine sacro antequam scientiam scripturæ sacre habeant : & de conuictis post ordinationem de peccato graui, cum ordinatore deponendis.*

CAPVT III.

Qui recenter baptizatus est, & veritatem suæ fidei nescit, non erit episcopus, neque presbyter, neque diaconus, donec possit scire & intelligere libros sacros, & perfectum habitum, ac fructum spiritualement in corde suo producat; qui si ad maturam ætatem non peruenit, non potest ad gradus iam dictos admitti. Quod si episcopus aliquem cito \* ordinauerit, in quo aliquod peccatum grauius postea reperiatur, & duo, aut tres testimonium dicant, vterque deponendus est, & ordinator, & ordinatus; quamuis ordinatus sit presbyter, aut episcopus; qui etiam a Synodo excommunicatur, vt meritus est.

Can. Nic. Græc. 2.

Leo epistola 85. Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, sacerdotalem honorẽ tribuere non probatis?

*De cohabitatione mulierum prohibita episcopis, presbyteris, & diaconis propter calibatam.*

CAPVT IV.

Decernimus, vt episcopi non habitent cum mulieribus; neque presbyter, qui \* viduus est; nec illas comitentur; neque familiarem consuetudinem cum eis habeant, nec in eas studiose aspiciant. Idem decernitur de omni sacerdote cælibe, idem que de diaconis, qui sine vxore sunt. Hoc autem intelligendum est, siue mulier pulcra sit, siue deformis, siue puella virgo, siue ancilla adolescens, aut natu grandis, siue puella orphana prætextu e-

Can. Nic. Græc. 3. Epitome huius ex Arabico Carthag. 3. c. 4. Græc. Carth. 2. c. 2. Lat. Apost. c. 26. Calched. c. 14. Cle. epif. 1. Conc. Elib. c. 33. Agath. 8. Toler. 3. c. 1. Hilar. in Syn. c. 2. Syr. ep. 1. c. 6. Innoc. epif. 3. c. 1.

Concil. Tom. 2.

Ii ij